Circa Cephalodia simul epigena et hypogena.

Scripsit W. Nylander.

Saepe observationes exposui de cephalodiis, quae organa Lichenum ante me parum cognita fuerant et respectu anatomico prorsus neglecta, licet quidem character eorum primarius est anatomicus, scilicet gonimiis expressus, nec obveniunt cephalodia in thallis aliis quam gonidicis [1]).

Hucusque cephalodia indicavi:

1°. In pagina thalli supera obvia varieque protrusa et varias formas, secundum genera et species, sumentia, apud quae occurrunt. Sunt haec epigena frequentissima.

2°. Longe minus frequentia sunt cephalodia hypogena vel in thalli infera pagina superficialia, nec cognita nisi in *Peltidea venosa* (vid. in Flora 1866, p. 116) et *Psoromate euphyllo*.

3°. Haud nimis rara in Lichenibus foliaceis (scilicet in *Sticteis* pluribus, *Nephromate expallido*, etc.) sunt cephalodia endogena vel pyrenodea, quae in thallo immersa conspiciuntur et extus vulgo pagina infera pyrenocarpoidee protuberantia (a strato thallino obtecta).

Nuper deinde in *Lecanora* (Psoromate) *araneosa* (Bab.), e Nova Zelandia, vidi cephalodia simul epigena et hypogena adesse in omnibus speciminibus examinatis. Supra thallum pallido-testaceum foliaceo-lobatum et (summo margine incurvo) sparsa obveniunt cephalodia superficialia concoloria, primo granuliformia, demum rotundata et ambitu crenulata subplacodioidea (latit. circiter 1 millim.), convexiuscula, inaequalia. Etiam in pagina infera pallida (tomento adpresso versus marginem tendente) cephalodia similia, at minus evoluta, prominula (atque omnino ea *Peltideae venosae* in memoriam revocantia). Quoque eadem cephalodia, modo minus evoluta, in utraque pagina adsunt apud *Leca-*

1) Algolichenomachiam Friesianam memoravi (in Flora 1866, p. 179), quae vellet, cephalodia sistere formationes morbosas. Forsan hoc maxime ridiculum est omnium „judiciorum certorum“, quae progenuit officina eadem, inventis suis maxime eminens. Quo signo subtili Adjunctus Fries Lichenes cephalodiophoros aegrotantes agnovit? Cur non indicare? Nemo revera alius unquam animadvertit, illos Lichenes minus integra gaudere valetudine quam ceteros, sed facile patet, cephalodia ad naturam typicam specierum, in quibus observantur, pertinere; sunt character normalis earundem omnino physiologicus et nihil pathologici habens. Gonimia iis interdum valde parca.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0374-1

noram allorhizam Nyl. (quam legit in Nova Zelandia cl. Knight), et quae subsimilis est *L. araneosae*, sed minor (laciniis ambitus latit. vix 2 millim., in *araneosa* lobis ambitus latit. 6—12 millim. vel latioribus), thallus pallidus nudus, subtus concolor breviter rhizinoso-hirtus; sporae ellipsoideae (saepius scabriusculae) longit. 0,015—22 millim., crassit. 0,011—12 millim.; est corticola, fortasse sola varietas *L. araneosae* deminuta, at variis notis differens. Hypogyna gonimiis raris in *L. euphylla* Nyl.

Bericht über den Stand der China-Kultur im II. Quartal 1868 *) von C. van Gorkom. Aus dem Holländischen von C. Hasskarl.

(Cf. pag. 193 &c. und 332 &c.)

Während dieses Quartals wurden ungefähr 10666 *C. Calisaya*, (worunter etwa 5000 aus Bolivia'schen Samen), 13845 *C. succirubra* (meistentheils aus Zeylon'schen Samen) und 9840 *C. Condaminea* gewonnen, so dass gegenwärtig der Bestand der Pflanzungen enthält:

C. Calisaya	509582
C. succirubra	27578
C. Condaminea	28874
C. lancifolia	573 und
C. micrantha	386
zusammen	566993 Pflanzen;

von diesen befinden sich in den verschiedenen Etablissementen in zusammenhängenden Gärten:

C. Calisaya	330809
C. succirubra	5003
C. Condaminea	18068
C. lancifolia	573
C. micrantha	343
zusammen	354796.

Der Zustand der Witterung war nur für die jüngsten Anpflanzungen weniger günstig; der anhaltenden Trockenheit halber musste auch der Ausbreitung der Anpflanzungen Einhalt gethan

*) Bericht über das I. Quartal 1868 ist mir nicht zugekommen. C. H.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0375-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1868

Band/Volume: 51

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Circa Cephalodia simul epigena et hypogena 372-373